

ideo quod initio per dissensionem principum societatem cum
 suba inierant: eumque armis militibus pecunia iuuerant. His-
 deritanos pro humilitate ciuitatis certo numero frumenti mulctat.
 His rebus gestis idibus Iunijs utique classem conscendit: & post di-
 em tertium Carali in Sardiniam peruenit. Item Sulcitanos
 quod nasiduum eiusque classem receperant: copiisque iuuerat sibi
 mulctat: & pro decimis octauas pendere iubet: bonaque pauco-
 rum uendit: & ante diem. iiii. kal. quintil. naues conscen-
 dit: & a Caralibus secundum terram prouectus duo de tricesi-
 mo die: eoque tempestatibus in portubus cohibebatur: ad urbem
 Romam venit.

(6)

HARNACE SUPERATO: AFRICA RECAEPTA:

qui ex iis praeliis cum adolescente. C. N. Pompeio pro-
 fugissent: cum & ulterioris Hispanie potitus esset:
 dum Cæsar muneribus dandis in Italia detinetur: quo faci-
 lius presidia contra comparare: Pompeius in fide uniuscuiusque
 ciuitatis confugere coepit: ita partim precibus partim uipe-
 ne magna comparata manu prouinciam uastare cepit. Qui-
 bus rebus non nullæ ciuitates sua sponte auxilia mittebant: ite-
 non nullæ ciuitates portas contra claudebant. Ex quibus siquæ
 oppida ui ceperat: cum aliquis ex ea ciuitate optime de. C. N.
 Pompeio meritus ciuis esset: pro pecunie magnitudine aliqua
 quoque ei inferebatur causa: ut eo de medio sublato ex eius
 pecunia latronum largitio fieret. Ita paucis comodi hoste hor-
 tato: maiores augebantur copie. Ideoque crebris nuncijs in
 Italiam missis ciuitates contrariis Pompeio auxilia sibi de-
 postulabant. Cæsar dictator tertio designatus dictator

quarto multisitem ante diebus confectis celeriter cū festina-
tione belli conficiendi in hispaniam uenisset. Legatq; cordu-
benles qui à CN. pompeio discesserant: cesari obuiam uenerūt:
à quibus nunciabatur nocturno tempore oppidum cordubā
capi posse: quod nec opimantibus aduersarijs eius provincie
potitus esse: simulq; tabellarij à CN. pompeio dispositi omnib;
locis essēt: qui certiorē CN. pompeiū de cesaris aduentu fa-
cerent: multa præterea uerisimilia proponebant. Quibus
rebus adductus quos legatos ante exercitui præfecerat. Q. se-
dium & C. fabium maximū de suo aduentu facit certio-
res: ut quē sibi equitatū ex provincia fecissent: presidio
mitterent: ad quos celerius q̄ ipsi opinati sunt appropinq̄-
uit: atq; ut ipse uoluit equitatū sibi presidio habuit. Erat
per idē temporis Sextus pompeius frater: qui cū presidio
cordubā tenebat: qđ eius provincie caput esse existima-
batur. Ipse autē CN. pompeius adolescens vllā oppidū op-
pugnabat: & ferē iam aliquot mensibus ibi detinebat. Q̄
ex oppido cognito cesaris aduentu: legati clam præter præ-
sidia CN. pompeij cesarem cū adissent: petere cœperūt: uti
sibi primo quoq; tempore subsidium mitteret. Cesar eam ci-
uitatē om̄i tempore de pp. ro. meritā esse sciebat: celeriter
sexdecim cohortis secunda uigilia iube & proficisci: pariq; eq-
tes nūo quibus præfecit hominē eius provincie notū & nō
parum scientē. L. uuium patientum. Qui cū ad CN. pom-
peii presidia uenisset: incidit temporis: ut tempestate ad-
uersa uehementiq; uento afflictaretur: quem uis tempe-
statis ita obscurabat: ut uix proximū cognoscere posset. Cu-
ius incommodum summa utilitatem ipse prætebat: ita cū
ad locum uenerūt iube binos equites incedere: & cetera p̄
aduersariorum presidia ad oppidum contendere: medijsq;

ex presidis cum quereretur qui essent: unus ex nostris respo-
 dit: ut sileat uerbum facere: nam id tempus conari ad mu-
 rum accedere: ut oppidum capiant: & partim tempestate im-
 pediti uigiles non poterant diligentiam prestare: partim illo
 responso deterrebantur. Cum ad portam appropinquasset:
 signo dato ab oppidanis sunt recepti pedites: equitesq; nocte:
 sed dispositis partibus oppidani & pedites & equites clamore-
 facto: eruptionem in aduersariorum castra fecerunt. Sic illa
 factum cum inscientibus accidisset: existimabant prope magna
 pars hominum qui in his castris fuisse se prope captos esse. Hoc
 misso ad ullam presidio: cesar ut pompeium ab ea oppugna-
 tione deducere: ad cordubam contendit: exq; itinere lo-
 ricatos uiros fortes cu equitatu ante premisit. Qui simul in
 conspectum oppidi se dederunt cum equis no recipiunt. Hoc
 cordubensibus nequaquam poterat animaduerti appropinquan-
 tibus ex oppido bene magna multitudo ad equitatum conci-
 dendu: cum exissent loricati ut supra scripsimus: ex equis descen-
 derunt: & magnum prelium fecerunt: sic ut ex infinita ho-
 minum multitudine pauci in oppidum se receperunt. Hoc
 timore adductus sex pompeius litteras fratri misit: ut cele-
 riter sibi subsidio ueniret: ne prius cesar cordubam caperet:
 q; ipse illo uenisset. Itaq; cu pompeius ulla prope capta: litteris
 fratris excitatus cu copiis ad cordubam iter facere coepit. Ce-
 sar cum ad flumen bethn uenisset: neq; pp altitudinem flu-
 minis transire posse lapidibus cortes plenos dimisit. Ita in-
 super ponte facto copias ad castra tripartito transduxit.
 Tenebat aduersum oppidum eregione pontis trabes ut su-
 pra scripsimus bipartito. Eo cu pompeius huiuscopis uenisset:
 ex aduerso pari ratione castra ponit. Cesar ut eu ab
 oppido commeatuq; excludere: brachium ad pontes

ducere cepit: pari idem conditione pompeius. Hic inter du-
ces duos fit contentio uter prius pontem occuparet. Ex qua
contentione quotidiana minuta pugna fiebant: ut mo-
do hi: nonnunquam illi superiores discederet. Quae res cum
ad maiorem contentionem uenisset ab utrisque cominus
pugna iniqua cum cupidius locum student tenere prop-
ter pontem coangustabantur fluminis ripas appropinqua-
tes coangustati precipitabantur. Hic alter utri non solum
morti mortem exaggerabant: sed tumulos tumulis exsequa-
bant. Ita diebus compluribus cupiebat cesar si qua condi-
tione posse aduersarios in equum locum deducere: & p-
mo quoque tempore de bello decernere. Id cum animad-
uerteret aduersarios minime uelle: quos ideo a uia retra-
xerat: ut in equum locum deduceret: copiis flumine tra-
ductis noctu iubet ignes fieri magnos: ita firmissimum eis
presidium a tequam proficiscitur. Id cum pompeius ex per-
fugis rescisset: ea die facultatem & angustias carra complu-
ra: multosque lanistas retraxit: & ad cordubam se recepit. Ce-
sar munitionibus antequam oppugnaret brachia circumduce-
re coepit: Cui de pompeio cum nuncius esset allatus eo die
proficiscitur: cuius in aduentu presidii causa cesar complu-
ra castella occupauit partim sub equitatu: partim ut pedes-
tres copias in stationes & in excubitu castris presidio esse pos-
sent. Hoc in aduentu cesaris incidit ut matutino tempore
nebula esset crassissima atque illa obscuracione cum aliquot co-
hortibus & equitum turmis circumcludunt cesaris equites &
concidunt sic ut uix in ea cede pauci effugerent. In sequen-
ti nocte castra sua incendit pompeius: & trans flumen
salsum per conualles castra inter duo oppida a tequa et
ucubi in monte constituit. Cesar in munitionibus ceterisque

que ad oppidum oppugnandum opus fuerit: aggere uineasq;
 instituit. Hec loca sunt montuosa & natura edita ad rem mi-
 litarem que planicie diuiduntur salso flumine: proxime
 tamen ategua ut flumen sit circiter pass. duo mil. ex ea re-
 gione oppidi in montibus castra habuit posita. Pompeius in
 conspectu utrorumq; oppidoru neq; suis ausus est subsidio ue-
 nire. Aquilas & signa habuit posita xiii. legionum: sed ex q-
 bus aliquid firmamenti se existimabat habere. Due fuerunt
 uernacule: que a Trebonio transfugerant: & una facta ex
 colonijs qui fuerunt in iis regionibus: quarta fuit afrania-
 na ex africa quam secum duxerat. Relique ex fugitiuis
 auxiliare consistebant: nam & leui armatura & equitatu
 longe & uirtute & numero nostri erant superiores. Accede-
 bat hoc ut longius bellum duceret pompeius: qd loca sut
 edita: & ad castroru munitiones non par idonea. Nam
 fere totius ulterioris hispanie regio pp terre fecunditatem
 inopem difficilemq; habet oppugnatione: & no minus co-
 piosam aquatione. Hic etia pp barbarorum crebras ex-
 cursiones omnia loca que sunt ab oppidis remota: turrib;
 & munitionibus retinentur: sicut in africa rudere no
 tegulis teguntur. Simulq; in iis habet speculas: & pp altiti-
 dinem late longeq; prospiciunt. Item oppidorum ma-
 gna pars eius provincie montibus fere munita: & natu-
 ra excellentibus locis est constituta: ut simul aditus ascen-
 susq; habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura loci
 destinentur: ut ciuitates hispanie no facile ab hoste ca-
 piantur: qd in hoc contigit bello. Nam cum inter ategua
 & ucubi que oppida supra sunt scripta: pompeius habu-
 it castra constituta in conspectu duoru oppidoru ab
 suis castris circiter mil. pass. iiii. Grunius est excellens

natura qui appellatur castra pestiuana. Ibi presidii causa
 castellum habuit cesar constitutum: pompeiusq; eode iugo
 tegebatur. loci natura & remotum erat a castris cesaris: ani-
 maduertebat loci difficultate. & quia flumine falso interclu-
 debatur: no esse comissurum cesarem: ut in tanta loci diffi-
 cultate ad subsidium committendum se mitteret. Ita fretus
 opinione tertia uigilia profectus castellu oppugnare coepit:
 ut laborantibus succurrerent. Nostri cum appropinquasset
 clamore repentino telorumq; multitudine iactus facere ce-
 perunt: uti magna partem hominu uulneribus afficeret. Iuo
 facto cum ex castello repugnare cepissent: maioribusq; cas-
 tris cesaris nuncijs esse allatus: cu tertia leg. est profectus.
 Et cu ad eos appropinquasset: fuga perterriti multi sunt inter-
 fekti: complures capti: in quibus duo milia multi preterea
 armis exuti fugerunt: quor scuta sunt relata Lxxx. Insequen-
 ti luce arguetius ex italia cu aspernate ad cesarem ueniss-
 sent. Ea nocte pompeius castra sua incendit: & ad cordu-
 bam uersus iter facere cepit. Rex nomine Indo qui cu
 equitatu suas copias duxerat: dum cupidius agmen aduer-
 sarioru insequitur: a uernaculis legionarijs exceptus est &
 interfectus. Postero die equites nostri longius ad cordubam
 uersus prosecuti sunt eos qui comatus ad castra pompeii ex
 oppido portabant. Ex iis capti. L. cum iumentis ad nostra ad-
 ducti sunt castra. Eodemq; die martius tr. militum qui fuisset
 pompeii: ad nos transfugit. Et noctis tertia uigilia in oppido a-
 cerrime pugnatum est: ignemq; multum miserunt: sicut om-
 ne genus quibus ignis per iactus solitus est mitti. Hoc prete-
 rito tempore Caius fundanius eques romanus ex castris ad-
 uersariorum ad nos transfugit. Postero die ex legione uer-
 nacula milites sunt capti ab equitibus nostris vi. qui dixerunt

se leuios esse. cum uenirent cogniti sunt à militibus qui antea cum babio & pedio fuerant. & à Trebonio aufugerant. Eis ad ignoscendum nulla facultas est data. & a militibus nostris interfecti sunt. Eodem tempore capti bellarii qui à corduba ad pompeium missi erant. perperamq; ad nostra castra peruenerat. precilis nauibus missi sunt facti pari consuetudine. Vigilia secunda ex oppido ignem multum. telorumq; multitudinem iactando pene magnum tempus consumpserunt. compluresq; uulneribus affecerunt. Preterito noctis tempore eruptionem ad legionem sextam fecerunt. cum in opere nostri distenti essent. acriterq; pugnare coeperunt. Quorum uis repressa à nostris. & si oppidani superiore loco defendebantur. Cum eruptionem facere cepissent. tum uirtute militum nostrorum. qui & si inferiore loco premebantur. tum repulli aduersarij bene multis uulneribus affecti in oppidū se contulerūt. Postero die pompeius ex castris suis bradnū cepit ad flumē salū. & cum nostri equites pauci in statione fuissent. à pluribus reperti de statione sunt deiecti & occisi tres. Eo die Aulus ualgius senatoris filius cuius frater in castris pompeii fuisset. omnibus suis rebus relictis. equū ascendit & fugit. Speculator de legione secunda pompeiana captus à militibus & interfectus est. Per idem temporis glans missa est in septa q̄ die ad oppidum capiendum accederent se scutū esse positurum. Qua spe nonnulli dū sine periculo murum ascendere. & oppido potiri posse se sperant. postero die ad murū opus facere coeperunt. & bene magna prioris muri pars deiecta est. Quo facto ab oppidanis. ac si suarū partiu essent conseruati. missos facere loricatoros qui presidii causa prepositi oppido à pompeio essent orabant. Quibus respondit cesar se conditiones dare nō accipere consuelle. Illicū in oppidū

reuertissent: relato responso: clamore sublato: omni genere te-
lorum emisso pugnare pro muro toto ceperunt: ꝑ qđ fece-
magna pars hominū qui in castris nostris essent: non dubita-
uerunt: quin eruptionē eo die essent facturi. Ita corona
circūdata pugnatum est aliquādiu uehementissime: suntq;
balista missa a nostris turrem deiecit: qua aduersariorum
qui in ea turre fuerant quinq; deiecti sunt: & puer qui ba-
listam solitus erat obseruare. Eius preteriti temporis pompe-
ius trans flumen falsum castellum constituit: neq; a nēis
prohibitus: falsaq; illa opinione gloriatus est: quod prope in
nostris partibus locum tenuisset. Item in sequenti die eadē
consuetudine dum longius prosequitur: quo loco equites
nostrī stationem habuerant aliquot turmę cū leui arma-
tura impetu facto loco sunt deiectę: & ꝑ paucitatem nos-
trorum equitum: simulq; cum leui armatura inter tur-
mas aduersariorū protrite. Hoc in conspectu utrorumq;
castrorum gerebatur: & maiore pompeiani exultabant
gloria: longiusq; nostris cedentibus prosequi ceperūt. Qui
cum aliquo loco a nostris recepti essent: ut consuessent: ex si-
mili uirtute clamore facto aduersati sunt: prelium facere.
Fere apud exercitus: hoc est equestris prelii consuetudo cum
eques ad dimicandum dimisso equo cū pedite congregi-
tur: nequaquā pax habetur: id qđ in hoc accidit prelio: cum
pedites e leui armatura lecti ad pugnandum equitibus
nostris nec opinantibus uenissent: idq; in prelio animad-
uersum esset: complures ex equis descenderunt. Ita exi-
guo tempore eques pedestre: pedes equestre prelium
facere coepit: usq; eo ut cedem proxime a uallo fecerūt.
In quo prelio aduersariorū ceciderūt. c. xxx. compluresq;
armis exuti: multi uulnēribus affecti in castra sunt re-

dacti: nostri ceciderunt iiii. saucii: xii. pedites & equites
 v. Eius diei in sequenti tempore pristina consuetudine pro
 muro pugnari coeptum est. Cum bene magnam multitu-
 dinem telorū ignemq; nostris defendentibus iniecissent:
 nefandum crudelissimūq; facinus sunt aggressi: in conspec-
 tu nostro hospites qui in oppido erant uigilare & de muro
 precipites mittere coeperunt: sicuti apud barbaros: quod
 post hominū memoria nunq; est factum. Huius diei extre-
 mo tempore a pompeianis clam ad nostros tabellarius est
 missus: ut ea nocte turrel & geremq; incenderet & tertia
 uigilia eruptionē faceret: ita igne telorūq; multitudine
 iacta: cum bene magnā partem muri consumpsissent: por-
 tamq; e regione & in conspectu pompeii castrorū fuerat a-
 peruerūt: copieq; totę eruptionem fecerunt: secumq; ex-
 tulerunt calcatas ad follas complendas & arpagones ad ca-
 sas que stramentitię a nostris hibernorū causa edificate erāt
 diruendas & incendendas. Pręterea argentū & uestime-
 ta: ut dū nostri in preda detineantur: illi cede facta ad
 presidia pompeii se reciperent. Nam quod estimabat eos posse
 conatum efficere nocte tota ultra ibant flumen salsum i
 acie: qđ factum est: & si nec opinantibus nostris esse gestum:
 tamen uirtute freti repulso multiq; uulneribus affectos
 oppido represserunt: preda armisq; eorum sunt potiti: uiuosq;
 aliquos ceperunt: qui postero die sunt interfecti. Eodēq;
 tempore transfuga nunciaui ex oppido uinium qui ucubini
 dominus fuisset: uigulatione oppidanorū facta: clam alle-
 facinus se nefandum & scelus fecisse: nam eos nihil meruis-
 se: quare tali pena afficerentur: qui eos ad aras & focos lu-
 os recepissent: eosq; hospitium scelere contaminasse: multa
 pręterea dixisse: qua oratione deteritos amplius uigulatio-

nem non fecisse. Ita postero die Tullius legatus qui catone lu-
sitano uenit: & apud cesarem uerba fecit. Vimam quidem
immortales dii fecissent: ut tuus potius miles q̄. Cn. pompeii fac-
tus essem: & hanc uirtutis constantiam in tua uictoria nō in
illius calamitate prestarem: cuius funestę laudes ad hanc
fortunam reciderunt: ut conciuēs romani indigentes presi-
dij & p̄ patris luctuosam perniciem dedimus. hostium nūo:
qui neq̄ in illius prospera acie primam fortunam: neq̄ in
aduersa secundam obtinuimus uictoria: qui legionum tot
impetus sustinentes nocturnis diurnisq̄ operibus gladiatorum
ictus telorumq̄ missus expectantes uicti & deserti a pompe-
io: tua uirtute superati: salutem à tua clementia deposcimus:
petimusq̄ & qualem à te gentibus prestiti similem ingentibꝫ
deditionē prestes. Remissis legatis cū ad portam uenissent:
Tiberius tullius: & cū introeūtem. C. antonius insecutus non
esse: reuertit ad portam: & hominē apprehendit. Quod Tibe-
rius cum fieri animaduertit: simulq̄ pugionem eduxisse: ma-
num eius incidit: ita refugerūt ad cesarem. Eodēq̄ tem-
pore signifer de legione prima transfugit & nunciauit quo
die equestre pręlium factum esse: suo signo perisse homines
xxxv. neq̄ licere castris. Cn. pompeii nunciari neq̄ dici peris-
se quēq̄. Seruus cuius dominus in cesaris castris fuisse: uxo-
rem & filiū in oppido reliquerat: dominū iugulauit: & ita
clam à cesaris presidij in pompeii castra distellit: & iudicium
glande scriptū misit: per qđ certior fieret cesar: que in op-
pido ad defendendum compararentur. Ita litteris acceptis
cū in oppidum reuertissent: qui mittere glandem inscriptā
solebant. Insequenti tempore duo lusitani fratres transfuge
nunciarunt. Cn. pompeium contionē habuisse qm̄ oppido sub-
sidio non posse uenire: noctu ex aduersariory conspectu se de-

ducerent ad mare uersum: unum respondisse ut potius ad di-
 micandum descenderet: q̄ signum fugę ostenderent: eum q̄
 ita loquutum esse iugulatum. Eodem tempore tabellarii eius
 deprehensi qui ad oppidum ueniebant: quorū litteras cesar
 oppidanis obiecit & qui uitam sibi petere iussit turrem ligne-
 am oppidanorum incendere. Id si fecisset: ei se promisit omnia
 concessurū: quod difficile erat factū: ut eam turre sine peri-
 culo quis incenderet ita facturū de ligno cū propius acces-
 sisset: ab oppidanis est occisus. Eadem nocte transfuga nunci-
 auit de iugulatione oppidanorū pompeium & labienum
 indignatos esse. Vigilia secunda p̄ multitudinē telorum
 turris lignea que nostra fuisse ab imo uitū fecit usq; ad
 tabulatum secundum & tertium. Eodem tempore pro mu-
 ro pugnarunt acerrime turrem nostram: ut superiorem in-
 cenderent: idcirco quod uentum oppidani secundum ha-
 buerunt. Insequenti luce mater familias de muro se de-
 iecit: & ad nos transiit: dixitq; se cū familia constitutum
 habuisse ut una transfugerent ad cesarem: illam oppressam
 & iugulatam. Hoc p̄terea tempore tabellę de muro sūt de-
 iecte: in quibus scriptum est inuentum. L. munacius cesa-
 ri. Si mihi uitam tribues: quonia a. ces. pompeio sum deser-
 tus: qualem me illi p̄stiti tali uirtute & constantia futu-
 rum me esse inte p̄stabo. Eodem tempore oppidanorū
 legati qui antea exierant: cesarem adierunt: si sibi uitā
 concedere: sese insequenti luce oppidū esse dedituros.
 Quibus respondit se cesarem esse uitam fidemq; p̄statu-
 rum: ita ante diem xi. kt. martij oppido potitus impera-
 tor est appellatus. Quod pompeius ex perfugis cū deditione
 oppidi factam esse scisset: castra mouit uehenti uersus: sed
 circū ea loca castella disposuit: & munitionibus se cōtinere



coepit. Cæsar mouit & propius castra castris contulit.
Eodem tempore mane loricatorum unus ex legione uernacula
ad nos transfugit: & nunciavit pompeium oppidanos
uoluntates conuocasse: eisq; ita imperasse: ut diligentia
adhibita perquirerent qui essent suarum partium: itemq;
aduersariorum uictoris fautores. Hoc præterito tempore
in oppido quod fuit captum: seruus est positus in patibulo
quem supra demonstrauimus dominum iugulasse. Ille uiuus
est combustus. Idemq; temporis centuriones loricati viii. ad
cæsarem transfugerunt ex legione uernacula & equites
nostri cum aduersariorum equitibus congressi sunt: & sau-
cii aliquot occiderunt. Leui armatura ea nocte specula-
tores preñsi serui. iii. & unus ex legione uernacula. Ser-
ui sunt in cruce sublati: milites ceruices abscisi. Postero
die equites cum leui armatura ex aduersariorum castris ad
nos transfugerunt. Etiam eo tempore circiter. xi. equi-
tes ad aquatores nostros excurrerunt: non nullos occi-
derunt: item alios uiuos adduxerunt. Ex equitibus
capti sunt equites. viii. In sequenti die pompeius secari
percussit hos lxxiiii. qui dicebantur esse fautores uic-
toris cæsaris: reliquos uersus oppidum iussit deduci: ex
quibus effugerunt. c. xx. ad cæsaremq; uenerunt. Hoc
præterito tempore qui in oppido articula bursauiolenses
capti sunt: legati & profecti sunt cum nostris uti rem ges-
tam bursauiolensibus referrent quid sperarent de. cni.
pompeio cum uiderent hospites iugulari. Præterea multa
scelera ab iis fieri qui presidij causa ab iis reciperentur: qui
ad oppidum uenissent nostri qui fuissent equites. ro. & le-
natores non sunt ausi introire in oppidum præter q; q;
eius ciuitatis fuissent. Quorum responsis ultro citroque

at deprehensus

acceptis

acceptis & redditis cum ad nostros se reciperent qui extra
 oppidum fuissent: illi presidio insecuti ex aduersione le-
 gatos iugularunt: duo reliqui ex eis fugerunt. Cesari rem
 gestam detulerunt & speculatores ad oppidum ategua misere-
 runt. Qui cum certum comperissent legatorum responsa
 ita esse gesta quemadmodum illi retulissent: ab oppidanis
 concursu facto eum qui legatos iugulasset lapidare: & ei
 manus intentare coeperunt: illius opera se perisse. Ita uix
 periculo liberatus petijt ab oppidanis ut ei liceret legatum
 ad cesarem proficisci: illi se satisfacturum potestate data cum
 inde esset profectus presidio comparato: cum bene magnam
 manum fecisset & nocturno tempore per fallaciam in op-
 pidum esset receptus: iugulationem magnam fecit: principibus
 qui sibi contrarij fuissent interfectis: oppidum in suam potes-
 tatem recepit. Hoc preterito tempore serui transfuge nun-
 ciauerunt oppidanorum bona uendere: ne cui extra ual-
 lum liceret exire nisi distinctum: idcirco quod ex quo die
 oppidum ategua esset captum: metu conterritos complures
 confugere in beturiam: neque sibi ullam spem uictorie propo-
 sitam habere: ut si qui ex nostris transfugerent: in leuem
 armaturam conici: eumque non amplius xvii accipere. In
 sequenti tempore Cesar castris castra contulit: & brachium
 ad flumen salsum ducere coepit. Hic dum in opere nostri
 dissenti essent: complures ex superiore loco aduersariorum
 decurrerunt: nec detinentibus nostris: multis iniectis: com-
 plures uulneribus affecere. Hic dum ut ait Ennius nostri
 cessere paruumper: itaque preter consuetudinem cum a nostris
 animaduersum esset cedere: centuriones ex legione quin-
 ta flumen transgressi duo restituerunt aciem: acriterque
 eximia uirtute plures cum agerent ex superiore loco

multitudine telorum alter eorum concidit. Ita cum iis prælium
compar. facere coepisset: & cum undiq; se circūueniri uidi-
set: parumq; ingressus pedem offendit. Huius concidentis ui-
ri casu passim audito complures aduersariorum concursū
facerent equites nostri congressi ex interiore loco aduersa-
rios ad uallum agere coeperunt. Ita cupidius dum inter præ-
sidia illorum student cedem facere: a turmis & leui arma-
tura sunt interclusi. Quorū nisi summa uirtus fuisset: uiui
capti essent: nam & munitione presidii ita coangustabantur:
ut eques spatio intercluso uix se defendere posset. Ex utroq;
genere pugne complures sunt uulnerebus affecti: in quibus
etiam Clodius Arquitius: inter quos ita cominus est pugna-
tum: ut ex nostris præter duos centuriones lit nemo de-
sideratus. Gloria se efferentes postero die ab horicaria utriq;
conuenere copie: nostri brachia ducere ceperunt. Pom-
peius cum animaduertens castello se excludi a spania
quod est ab ucubi mil pass. v. distat. Hec res necessario uo-
cabat: ut ad dimicandum discederet: neq; tamen equo
loco sui potestatem faciebat: sed ex gramo excelsum tumulum
capiebat usq; eo: ut necessario cogeret. iniquum locum
subire. Quo effecto cū utrorumq; copie tumulum excel-
lentem petissent: prohibiti sunt a nostris deiectione planicie:
que res secundum nostris efficiebat prælium. Undiq; cede-
tibus aduersariis non parum in magna cede uersabantur:
quibus mons non uictus saluti fuit. Quæ subito nisi ad-
uerserasset: a paucioribus nostris omni auxilio priuati esset:
nam ceciderunt ex leui armatura. ccc. xxiiii. ex legiona-
rijs. c. xxxiii. præterq; quorum arma & spolia sunt allata.
Ita pridem duorum centurionum internitio ac aduersa-
riorum poena est litata. In sequenti die pari consuetu-

dine cum ad eundem locum eius presidium uenisset. pristino suo tunc illo utebatur instituto. Nam preter equites nullo loco equo se committere audebant. cum nostri in opere essent. equitum copie concursus facere ceperunt. Simulq; uociferantibus legionarij cum locum efflagitarent. ut consueti insequi existimare possent. paratissimos esse ad dimicandum. nostri ex humili conualle bene longe sunt egressi. & planicie iniquiori loco constiterunt. Illi tam proculdubio ad congregiendum in equum locum non sunt ausi descendere. preter unum Antistium turpionem qui fidens uiribus ex aduersarijs sibi parem esse neminem cogitare coepit. Hic ut fertur achillis nionisq; congressus. & pompeius niger eques ro. italicensis ex acie nostra ad congregiendum progressus. qm ferocitas antistij omnium mentes conuerterat ab opere ad spectandum acies sunt dispositae. Nam inter bellatores principesq; dubia erat posita uictoria. ut prope uideretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Ita auidi cupidiq; suarum quisq; partium expertorum uirorum fautorumq; uoluntas habebatur. Quorum uirtute alacri cum ad dimicandum in planicie se contulissent. scutorumq; laudis insignis prestulgens opus celatum. quorum pugna esse prope profecto dirempta. nisi pp equitum concessum ut supra demonstrauius. leuis armatura presidia causa non longe ab opere castrorum constitisset. ut nostros equites in receptu dum ad castra redeunt. aduersarij cupidius sunt insecuti. Vniuersi clamore facto impetum dederunt. Ita metu perterriti. cum infuga essent. multis amisis in castra se recipiunt. Caesar ob uirtutem turme classiane donauit mit. xiii. & profecto torques aureos. ii. & leui armaturae mit. x. Hoc die. A. bebius & C. flauius equites ro. hastenses argento prope tecti equites ad ce-

or.	48	→	4
109	48		2
11	38		8
ca	48		8
Viny	48		8

larem transfugerunt: qui nunciauerunt equites ro. coniuas-
se omnes qui in castris pompeii essent: ut transitionem faceret.
seini iudicio omnes custodiam esse coniectos: equibus occasi-
one capta se transfugisse. Item hoc die littere sunt de-
prehensae quas mittebat uisaonem. CH. pompeius. S. V. G. F. V.
& si prout nostra felicitas & scientia aduersarios adhuc pro-
pulsos habemus tamen si equo loco sui potestatem facerent:
celeriusq; nostra opinio est bellum confecissem. Sed exerci-
tum trionum non audent in campum deducere: nostrisq;
ad hęc freti presidij bellum ducunt. Nam singulas ciuita-
tes circūfederunt: inde sibi comēatus capiunt: qua re &
ciuitates nostrarum partium conseruabo & bellum primo
quoq; tempore conficiam. Cohortes in animo habeto ad
uos mittere: profecto nostro comēatu priuati necessa-
rio ad dimicandum descendunt. In sequenti tempore cū
nostri temere in opere distenti essent: equites in oliueto dū
lignantur: interfecdi sunt aliquot serui transfugerunt: q;
nunciauerunt ad. iii. non mart. prelium affore adsortiā
quod factum est: ex eo tempore metum esse magnum: &
actuum uarum circū castella preesse. Eo die pompeius
castra mouit: & contra hispalim in oliueto consistit. Ce-
sar priusq; eodem est profectus luna hora circiter sexta
quidem uisa est. Ita castris motis aducubim pompeius
presidium quod reliquit: iussit ut incederent: ut exusto
oppido in castra maiora se reciperent. In sequenti tempore
ueteri ponte oppidum cum oppugnare cepisset deditione
facta iter fecit carrutam: contraq; pompeii castra po-
suit. Pompeius oppidum quod contra sua presidia portas
clausisse incendit: milesq; qui fratrem suum in castris
iugulasset interceptus est a nostris & fuste percussus. Hinc

itinere facto in campum mundensem cum esse uentum:
 castra contra pompeium constituit. Sequentiq; die cū
 iter facere cesar cū copiis uellet: renunciatum est a spe-
 culatoribus pompeium de tertia uigilia in acie stetisse. Hoc
 nuncio allato uexillum proposuit: idcirco enim copias edu-
 xerat: quod uersa onensium ciuitati fuissent fautores. An-
 tea litteras miserat: cesarem nolle conuallem descendere:
 quod maiorem partem exercitus tironum haberet. Hæ litte-
 re uehementer confirmabant mentes oppidanorum. Ita
 hac opinione fretus totum se posse facere existimabat:
 & enim & natura loci defendebatur & ipsius oppidi mu-
 nitione ubi castra habuit constituta. Namq; ut superius
 demonstrauius loca excellentia tumultis contineri in-
 teruallis planiciem diuidit: sed ratione nulla placuit ta-
 cere id quod eo incidit tempore. Planicies inter utraque
 castra intercedebat circiter mil pass. v. ut auxilia pompe-
 ii duabus defendere temptare rebus oppidi excelsi & loci
 natura. Hinc dirigens proxima planicie sequebatur cuius
 decursum antecedebat riuus qui ad deorum accessum summa
 efficiebat loci iniquitatem. Nam palustri & uaraginoso solo
 currebat. Erant autem ad dextrum id quod cesar cum
 aciem directam uidisset: nō habuit dubium quin media
 planicie in equum ad dimicandum aduersarij procederēt.
 Hoc erat in omnium conspectu. huc accedebat ut locus ea
 planicie equitatum ornare: & diei solisq; serenitas: ut
 mirificum ut optandum tempus prope ab diis immorta-
 libus illud tributum esse ad prelium comittendum:
 Nostri letari. Nonnulli etiam timere: quod in eum locum
 res fortunęq; omniū deducerentur: ut quicquid post ho-
 ram in castris fieret: in dubio poneretur. Itaq; nostri ad

dimicandum procedunt: idq; aduersarios existimabamq;
facturos qui tam mult. pass. a munitione oppidi longius nō
audebant procedere in quo sibi prope murum aduersarii col-
tituebant. Itaq; nostri procedunt interdum equitas loci ad-
uersarios efflagitabat: ne tali conditione contenderet ad
uictoriam: neq; tamen illi a sua consuetudine discedebat:
ut aut ab excelso loco: aut oppido discederent. Nostri pede-
presso propius ciuium cum appropinquassent: aduersarii pa-
trocinari loco iniquo nō defecerunt. Erat acies xiii. agt.
constituta: que lateribus equitatu tegebatur cum leui
armatura milibus sex. Preterea auxiliares accedebat pro-
pe totidem nostra presidia Lxxx. cohortes. viii. milia equitū
ita cū extrema planicie iniquum in locū nostri appropin-
quassent: paratus erat hostis superior: ut transeundum
superius iter uehementer esset periculosum. Quod cū ac-
sare esset animaduersum: ne quid temere culpa sua admit-
teretur: eum locū definire coepit. Quod cū auribus homi-
num esset obiectum: moleste & acerbè accipiebant se im-
pediri quo minus prælium conficere possent. Hec mora
aduersarios alacriores efficiebat. Cesaris copias timore im-
pediri ad committendum prælium. Ita se effequentes iniq;
loco sui potestatem efficiebant: ut magno tamen periculo
accessus eorum haberetur. Hic decumani suum locū cor-
nu dextrum tenebant: sinistrum tertia & quinta legio
inter que cetera auxilia & equitatus. Prælium clamore
facto committitur. Hic & si uirtute nostri antecedant ad-
uersarii loco superiore defendebant acerrime & uehementè
fiebant ab utrisq; clamor: telorūq; missu congressus sic: ut
prope nostri diffiderent uictoris. Congressus enim & cla-
mor quibus rebus maxime hostis conteritur incolatu com-

pari erant conditione: ita ex utroq; g^{ne} pugne cum parē
 uirtutem ad bellandum contulissent: pilorum missa fixa
 cumulatur & concidit aduersariorum multitudo. Dextrū
 demonstrauius decumanos cornu tenuisse: qui & si
 erant pauci: tamen propter uirtutem magno aduersarios
 timore eorum opera afficiebant: quod a suo loco hostes
 uehementer premere coeperunt: ut ad subsidium ne
 ablatae nostri occuparentur. Legio aduersariorum tradi-
 ci coepta sit ad dextrum. Quae simul est mota: equitatuq;
 cesaris sinistrum cornu premere coepit at ii eximia uir-
 tute praelium facere incipiunt: utq; locus illi aciei ad
 subsidium ueniendi non daretur. In celum cū cla-
 mor esse intermixtus: gemitus gladiatorumq; crepitus
 auribus oblati: imperitorū mentes timore prepediebat.
 Hic ut ait Ennius: Les pede premitur: armis teruntur.
 arma: aduersariosq; uehementissime pugnantes nri
 agere coeperunt. Quibus oppidum subsidio fuit: ita
 ipsis fulis fugatisq; non superfuissent: nisi in eum locū
 confugissent: ex quo erant egressi. In quo praelio ceci-
 derunt milia hominum circiter xxx. Preterea & la-
 bienus & actius uarus. Quibus occisis utrisq; funus
 est factum. Itemq; equites romani partim ex urbe
 partim ex prouincia ad milia. iiii. Nostri desiderati
 ad hominum milia partim equitum peditūq; saucii
 ad. d. Aduersariorū aquile sunt ablatae. xiiii. & signa
 & fasces. Preterea duces belli xvii. capti sunt ex fu-
 ga hac qui oppidum mundam sibi constituisset pre-
 sidium: nostriq; cogebantur: necessario eos circūal-
 lare. Ex hostium armis pro cespite cadauera collo-
 cabantur. Scutum & pila pro uallo insup occisis

& gadii ut mucro & capita hominum ordinata ad oppidum conuersa uniuersa hostium timorem uirtutisq; insignia proposita uiderent. & uallo circumcluderentur aduersarii. Ita galli tragulis iaculisq; oppidum ex hostium caueribus circumplexi oppugnare coeperunt. Et hoc prelio Falerius adolescens cordubam cum paucis equitibus fugit. Sex. pompeio qui cordube fuisse rem gestam refert. Cognito hoc hoc negocio quos equites quod pecunias secum habuit. eis distribuit. & oppidanis dixit se de pace ad cesarem proficisci. & secunda uigilia ab oppido discessit. C. N. pompeius cum equitibus paucis. nonnullisq; peditibus ad nauale presidium per cartelam contendit quod oppidum ab corduba mit pass. c. lxx. Quo cum ad octauum miliarium uenisset. P. catelicius qui castris antea pompeii prepositus esset. eius uerbis nuncium mittit. cum munus belli haberetur. ut mitteret lecticam qua in oppidu deferri possit. Litteris missis pompeius cartelam deseruit. qui illarum partium fautores essent. Conueniunt in domum qua erat delatus qui arbitrati sunt clanculum uenisse. ut ab eo que uellet de bello requirerent cum frequentia conuenissent de lectica pompeius eorum infidem confugit. C.esar ex prelio munitione circumdata cordubam uenit q. ex cede eo refugerunt. pontem occupauerunt. Eo cum uentum esset conuiuare coeperunt. nos ex prelio paucos superesse quo fugeremus ita pugnare coeperunt de ponte. C.esar flumen transiecit & castra posuit. Scapilla totius seditionis familis & libertinorum caput ex prelio cordubam cum uenisset. familias & liberos conuocauit. piram sibi extruxit. cenam afferri q. optimam imperauit. Item optimis superadditis insternendum uestimentis pecuniam &

argentum in presentia familie donauit. Iste de tempore ce-
 ne uinum resmam nardum identidem sibi infundit. ita no-
 uissimo tempore seruum iussit & libertum qui fuisse eius
 concubinus. alter cito se iugulare. alterum piram incendere.
 Oppidani autem simul ac cesar castra contra id oppidum
 posuit discordare ceperunt usq; eo. ut clamor in castra nra
 perueniret. que fere inter cesarianos & in inter pompeia-
 nos erant. Hinc legiones que ex perfugis conscripte. par-
 tim oppidanoru serui qui erant a pompeio sexto manu-
 missi tunc in cesaris aduentu discedere ceperunt. Legio
 xiii. oppidum defendere coepit. Nam cu iam repugna-
 rent turre ex parte & muru occupauerunt. de nouo ad
 cesarem legatos mittunt. ut sibi legiones subsidio intro-
 mitteret. hoc cu animaduertere homines fugitiui oppi-
 dum incendere ceperunt. qui superati a nostris sunt
 interfecti homines xxii. preter q qui extra murum pe-
 rierunt. Item cesar oppido potitus. dum hic detinetur
 ex prelio quos circumunitos superius demonstrauius.
 eruptionem fecerunt. & bene multis interfectis in op-
 pidum sunt redacti. cesar hispalim cum contendisset.
 legati deprecatum uenerunt. Ita cum ad oppidu sese-
 tuendum dixisset caninium cu presidio legatum in-
 tromittit. ipse castra ad oppidum ponit. Erat bene ma-
 gnum intra pompeianas partes presidium. indignabat
 clam quidam philoni illi qui pompeianarum partium
 fuisse defensor acerrimus. Is tota lusitania notissimus
 erat. Hic clam presidio lusitaniam proficiscitur. & ceci-
 lium nigrum nomine barbarum ad lemmium conuenit.
 qui bene magnam manu lusitanoru habere. rursus
 hispalim oppidum de nouo noctu p murum recipitur pre-

liduum: uigilesq; uni uigulant portas precludunt: de integro
pugnare coeperunt. Dum haec geruntur legati cartelenses
nunciauerunt quod pompeium in potestatem haberet quod
ante cesarem portas preclusisset: illo beneficio suum male-
ficium existimabat se lucrifacere. Lusitani hispalim pugna-
re nullo tempore desistebant. Quod cesar cum animad-
uerteret si oppidum capere contenderet: ut homines per-
diti incenderentur: & moenia delerent. Ita consilio habi-
to noctu patitur lusitanos eruptionem facere id quod con-
sulto non existimabant fieri ita erumpendo naues quae
ad betim flumen fuissent incendunt. Nostri dum in-
cendio detinentur: illi profugunt: & ab equitibus conciduntur.
Quo facto oppido recuperato hastam iter facere
coepit: ex qua ciuitate legati ad deditionem uenerunt.
Mundensesq; qui ex prelio in oppidum confugerant: cum diu-
tius circumsiderentur bene multi deditionem faciunt:
& cum essent in legionem distributi: coniurant inter sese:
ut noctu signo dato qui in oppido fuissent eruptionem fa-
cerent. Illi cedem in castris administrarent. Hac re cognita
insequenti nocte uigilia tertia tessera data extra uallum
omnes sunt concisi mundenses duces. Cesari in itinere re-
liqua oppida oppugnat quae propter pompeium dissentire
ceperant. Lars erat quae legatos ad cesarem miserat: pars
erat quae pompeianarum partium fautores essent. Seditione
concitata: partes pugnant: cedes fit magna. Saucius pom-
peius naues triginta occupat longas & profugit. Didius qui
gradis classi praefuisset: ad quem simul nuncius allatus est:
confestim sequi coepit: partim peditatus & equitatus ad
persequendum celeriter iter faciebat. Item quarto die
nauigatione confecta insequuntur: qui impati a crateia

profectis inde aqua fuissent: ad terram applicant. Dum
 quantur didius classe occurrit: naues incendit: nonnullas
 capit. Pompeius cū paucis profugit: & locum quendam mu-
 nitum natura occupat. Equites & cohortes qui ad proseque-
 dum missi essent: speculatoribus ante missis certiores fiūt.
 diem & noctem iter faciunt. Pompeius humero & sinistro
 crure uehementer erat sauciū. Huc accedebat: ut etiam
 talum intorsisset que res maxime impediēbat. Ita lectica
 ad turrem qua esset allatus in ea ferebatur. Lusitanus mo-
 re militari cum cesaris presidio fuisset & conspectus celeriter
 equitatu cohortibusq; circūclauditur. Erat accessus loci dif-
 ficultas: nam idcirco quod pp suos a nostro presidio fuisset
 conspectus: celeriter ad munitum locum natura ceperat
 sibi pompeius quos magna multitudine deducti homines
 ex superiore loco defendere possent: subeunt in aduentu
 nostri depellunt telis. Quibus cedentibus cupidius inse-
 quebantur aduersarii: & confestim tardabant ab accessu.
 Hoc sepius facto animaduertebatur nostro magno id fie-
 ri periculo: opere circūmunire instituit. Pari & celeri tes-
 tinatione circūmunitiones in iugo dirigunt: ut equo pe-
 de cum aduersariis congregi possent. A quibus cū animad-
 uersum esse: fuga sibi presidium capiunt. Pompeius ut
 supra demonstrauimus saucio & intorto talo idcirco tar-
 dabatur ad fugiendum: itēmq; pp loci difficultatem neq;
 equo neq; uehiculo: salutis sue presidium parare poterat.
 Cedes a nostris undiq; administrabatur: exclusa munitione
 amissisq; auxiliis ad conuallem autem atq; exesum locū
 inspeluncam pompeius se occultare cepit: ut a nostris nō
 facile inueniretur nisi captiuorū indicio: ita ibi interfi-
 citur. Cum cesar gradiebatur ad hispalim pridie idq;

aprilis caput allatum & populo datum est in conspectu In-
terfecto. CH. pompeio adolescente. Didius que supra demo-
strauimus illa affectus letitia proximo se recepit castello:
nonnullasq; naues ad reficiendum subduxit. Lusitani qui
ex pugna superfuerunt ad lignum se receperunt: & bene
magna manu comparata ad didium se reportant. Huic
& sinon aberat diligentia ad naues tuendas tamen no-
nunquam ex castello pp eorum crebras excursions eiciebatur:
& sic prope quotidianis pugnis insidias ponunt: & triparti-
to signa distribuunt. Erant parati qui naues incenderet:
incensiq; qui subsidium repeterent. Hi sic dispositi erant:
ut a nullo conspectu: omnium ad pugnam contenderet.
Ita cum ex castello didius ad pellendum processisset: cum
copiis signum a lusitanis tollitur: naues incenduntur: si-
mulq; qui in castello ad pugnam processerant: eodem si-
gno fugientes latrones dum sequuntur: a tergo insidie
clamore sublato circūueniuntur. Didius magna cum
uirtute cū compluribus interficitur: nonnulli ea pugna
scaphas que ad litus fuerant occupant. Item complures
nando ad naues que in salo fuerunt se recipiunt: ancho-
risq; sublati: pelagus remis petere ceperunt. Que res eor-
um fuit subsidio. Lusitani preda potiuntur. Cesar rur-
sus gadibus ad hispalim recurrit. Fabius maximus que
ipse ad ullam presidium oppugnandum reliquerat:
operibus assiduus hostesq; circū sese interclusi inter se de-
cernere. Facta cede bene magna: nostri ad oppidum
recuperandum occasionem no pretermittunt: & re-
liquos uiuos capiunt. xiiii. mil. Ac deinde uersaone
proficiuntur: quod oppidum munitione magna co-
tinebatur. Sic ut ipse locus non solum opere: sed etia



quibus copias abierunt et populo dederunt. Quibusdam
 rebus in illis rebus adhibitis. Et dicitur quod in ista de
 fructu dicitur. Ita in ista rebus. Et in ista rebus
 nonnulli adhibitis. Et dicitur quod in ista de
 expugnare fuerunt. Ad hunc se dicitur quod in ista
 magna manu. Et dicitur quod in ista de
 aliam ab eis dicitur ad nos. Et dicitur quod in ista
 magis ex illis rebus. Et dicitur quod in ista
 et sic propter quod dicitur quod in ista de
 rebus dicitur. Et dicitur quod in ista de
 mentis qui subsidium repraesentat. Et dicitur quod in ista
 ut a nullo conspectu omnino ad pugnam contendit.
 Ita cum ex castello dicitur ad tollendum processit. Et
 copias sibi a castellis colligit. Et dicitur quod in ista
 mala qui in castello ad pugnam processit. Et dicitur quod in ista
 quo in pugna latrones de in sepe videtur. Et dicitur quod in ista
 clamore bellorum videtur. Et dicitur quod in ista
 videntur. Et dicitur quod in ista de
 scripta que ad hunc fuerunt occupata. Et dicitur quod in ista
 namque ad naves que in solo loco se occupant. Et dicitur quod in ista
 rebus subsidium pelagus rebus propter. Et dicitur quod in ista
 uno hinc subsidio. Et dicitur quod in ista de
 susculibus adhibitis. Et dicitur quod in ista
 ipse ad nullam pugnam oppugnandum reliquere
 operibus affidit hostes. Et dicitur quod in ista
 videtur. Et dicitur quod in ista de
 recuperandam conditionem de proferantur. Et dicitur quod in ista
 liquos viros capiunt. Et dicitur quod in ista
 proficiantur. Quod operibus manu. Et dicitur quod in ista
 trahunt. Et dicitur quod in ista de locis non solum. Et dicitur quod in ista









CAJA
B-17